DECRETUM S.D.N.D. GREGORII PAPAE 13. DE NULLITATE OMNIUM DISPOSITIONUM BENEFICIALIUM, ...

Gregorius 13.>

DECRETVM S. D. N. D. GREGORII PAPAE XIII.

De nullitate omnium diſpoſitionum beneficialium, quæ fiunt perſonis prohibitis, propter genus, ſeu hæreſim, aut à fide apoſtasiam, contra ſanctiones, ſtatuta, uel priuilegia.



GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN eccleſijs prçſertim inſignibus, hoc magnopere curandum eſt, vt Sacerdotes, & perſonç ſalubribus earum inſtitutis conuenientes ordinentur, quod quantum in nobis eſt enitimur, atque eos ab illis repellendos in primis cõtendimus, qui propter genus, aut hçreſim, & a fide apoſtaſiam, ſiue proprio, ſiue ſtirpis, ſiue cognatorum uitio cõtaminati, per canonicas ſanctiones, aut ſtatuta ab hac ſede firmata, aut apoſtolica priui-

legia prædictis eccleſiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine diſtentis, huius generis nonnulli ad illarum ſacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam exiſtimationis ſuæ prodigi, etſi ſe ab illis expulſum iri ſciant, ſpe tamen inconceſſa præſumunt, ſe inde uel permutatione, uel quoquo pacto beneficium, penſionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ eccleſiæ ſæpius diuexantur, penitus euellere uolentes, præſentium auctoritate decernimus, omnes & quaſcunque apoſtolicas, necnon legatorum dictæ ſedis, & aliorum omnium ab ea facultatem diſponendi habentium, ac etiam ordinarias diſpoſitiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiuſmodi eccleſiarum in quaſcunque perſonas ſic infectas, & per huiuſmodi ſanctiones, ſeu ſtatuta, uel priuilegia, vt præfertur, inhabiles uires & effectum non habere, perſonaſque huiuſmodi illarum prorſus uſu & commodo carere, beneficiaque ipſa ut prius uacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitionis apoſtolicæ prędictis perſonis, illi reſeruata fuerint uel affecta, ſub eadem reſeruatione uel affectione manere, & tam illa quam etiam omnia alia non reſeruata neque affecta, de quibus ab ipſa ſede, ac legatis & alijs facultatem habentibus prædictis in huiuſmodi perſonas quomodocunque diſpoſitum fuerit, ad nouam Romani Pontificis diſpoſitionem duntaxat pertinere, eaque ab alijs idoneis ab ipſa ſede duntaxat, libere impetrari poſſe, impetrationes tamen, ac etiam motu proprio conceſsiones, niſi modus uacationis, necnō caſus ac decretum huiuſmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, ſed definitè, nominatim, ac diſpoſitiue in illis exprimantur, omnino non valere. Ab ordinarijs uero, (ceſſantibus reſeruationibus uel affectionibus apoſtolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranenſis ſtatuta concilij ſubiacere, necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari. Reſeruationibus apoſtolicis fructuū, penſionum, & aliarum rerum huiuſmodi beneficiorum, in perſonas idoneas etiam de huiuſmodi contaminatorum conſenſu factis, eiſdemque ab illis interim præſtitis uel ſolutis nihilominus ualituris. Nemo autem ignorationem prætexens, ualeat excuſari, cum prædictæ prohibitiones ſatis manifeſtæ ſint, & quiſque ante petitionem uel acceptationem beneficiorum huiuſmodi num illorum capax ſit debeat ſe probare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat.

Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo. Id. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Nono.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno à natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo, indictione octaua, die decimaoctaua menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno nono, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in ualuis eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ apoſtolicæ, & in aciæ Campi Floræ, per nos Petrum Aloyſium Gaytam, & Nicolaum Tagliettum, apoſtolicos Curſores.

Alexander Parabiacus Magiſter Curſorum.

legia prædictis eccleſiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine diſtentis, huius generis nonnulli ad illarum ſacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam exiſtimationis ſuæ prodigi, etſi ſe ab illis expulſum iri ſciant, ſpe tamen inconceſſa præſumunt, ſe inde uel permutatione, uel quoquo pacto beneficium, penſionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ eccleſiæ ſæpius diuexantur, penitus euellere uolentes, præſentium auctoritate decernimus, omnes & quaſcunque apoſtolicas, necnon legatorum dictæ ſedis, & aliorum omnium ab ea facultatem diſponendi habentium, ac etiam ordinarias diſpoſitiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiuſmodi eccleſiarum in quaſcunque perſonas ſic infectas, & per huiuſmodi ſanctiones, ſeu ſtatuta, uel priuilegia, vt præfertur, inhabiles uires & effectum non habere, perſonaſque huiuſmodi illarum prorſus uſu & commodo carere, beneficiaque ipſa ut prius uacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitionis apoſtolicæ prędictis perſonis, illi reſeruata fuerint uel affecta, ſub eadem reſeruatione uel affectione manere, & tam illa quam etiam omnia alia non reſeruata neque affecta, de quibus ab ipſa ſede, ac legatis & alijs facultatem habentibus prædictis in huiuſmodi perſonas quomodocunque diſpoſitum fuerit, ad nouam Romani Pontificis diſpoſitionem duntaxat pertinere, eaque ab alijs idoneis ab ipſa ſede duntaxat, libere impetrari poſſe, impetrationes tamen, ac etiam motu proprio conceſsiones, niſi modus uacationis, necnō caſus ac decretum huiuſmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, ſed definitè, nominatim, ac diſpoſitiue in illis exprimantur, omnino non valere. Ab ordinarijs uero, (ceſſantibus reſeruationibus uel affectionibus apoſtolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranenſis ſtatuta concilij ſubiacere, necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari. Reſeruationibus apoſtolicis fructuū, penſionum, & aliarum rerum huiuſmodi beneficiorum, in perſonas idoneas etiam de huiuſmodi contaminatorum conſenſu factis, eiſdemque ab illis interim præſtitis uel ſolutis nihilominus ualituris. Nemo autem ignorationem prætexens, ualeat excuſari, cum prædictæ prohibitiones ſatis manifeſtæ ſint, & quiſque ante petitionem uel acceptationem beneficiorum huiuſmodi num illorum capax ſit debeat ſe probare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat.

Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo. Id. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Nono.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexÿs.

Anno à natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo, indictione octaua, die decimaoctaua menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno nono, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in ualuis eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ apoſtolicæ, & in aciæ Campi Floræ, per nos Petrum Aloyſium Gaytam, & Nicolaum Tagliettum, apoſtolicos Curſores.

Alexander Parabiacus Magiſter Curſorum.